



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 135. Dux Suessensis Ferdinando necem machinatur

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Secul. XV. A.C. 1459. liam suam Felici in uxorem dedit, quo
connubii vinculo Principem ab hostium
factione avulsum, sibi vero obstrictum
tenuit.

§. CXXXV.

*Dux Sueffensis Ferdinando necem
 machinatus.*

Dux Sueffensis vatiniano, quo Ferdi-
 nandum prosequeretur, odio nimi-
 um indulgens, eundem sicaria manu e
 medio tollere, animo constituit; ut au-
 tem suum sibi consilium ex voto succede-
 ret, Gregorium de Cariglia suum a se-
 cretis ministrum ad eundem ablegavit,
 significans, se habere, quæ cum Rege
 conferret. Ergo pro colloquii loco haud
 procul ab exigua Ecclesia campus qui-
 dam designatur, qui nonnisi secundo la-
 pide a Teana urbe tum Gallis subdita
 semotus erat. Inter eos quoque conven-
 nit, compareret quivis ducibus duntaxat
 arbitris stipatus. Ferdinandus præfa-
 tum Carigliam & Joannem de Ventemel-
 lio, Viros dandis potius consiliis, quam
 gerendis armis aptos secum duxit: ut
 tamen debitam in præcavendo discrimi-
 ne solertiam adhiberet, ipse armis se
 præcinxit. Ducem vero comitabantur
 Phœbus de Anguillaria, & Jacobus de
 Montaniana, uterque animi robore præ-
 stans,

stans, & armis bene instructus. His Sæcul. XV.
A.C. 1459.
omnibus ad condictum locum convenien-
tibus, Ferdinandus & Sueffensis Dux
arbitros remonent, ut majore conferendi
libertate potirentur; cum ipsorum inter-
ea comites haud procul ab Ecclesia sub-
sisterent.

§. CXXXVI.

*Rex vitam suam tuetur, & Sicarios
in fugam agit.*

Paucis hinc inde prolatis verbis, quæ
tamen rei summam minime tange-
bant, Phœbus tres reliquos alloqui-
tur socios inquiring: quia Dux cum
Ferdinando plene in gratiam rediit,
æquum est, ut & ego Regem mihi pla-
catum reddam. His dictis confestim
minus concito cursu equitans, Ferdinan-
dum accessit, qui cum Proditoris ma-
num pugione armatam animadverteret,
e vestigio gladium suum stringit, manus
conferit, & invicto animi robore inimici
sui impetus sustinet; Montianus inte-
rim Gregorio de Cariglia & Ventimillia-
censi, ne succurrerent, aditum occlusit;
hi quidem ignava manu illum repellere
conantur; ast Regii Ministri haud procul
inde distantes, percepta periculi fama,
tanta celeritate accurrunt, ut Sueffensis

Hist. Eccles. Tom. XXVIII. S s Dux